Henricus Dei gracia Rex Anglie & Francie & Dominus Hibernie Omnibus ad quos presentes litere pervenerint salutem Inspeximus quoddam Recordum coram Baronibus de Scaccario nostro habitum in Memorandis de Anno regni nostri octavo inter Recorda de Termino Pasche rotulo secundo ex parte Rememoratoris Thes' in hec verba. **Compertum** est per Inquisicionem captam apud Uppyngham in Com Rotel die Martis proximo post festum Omnium sanctorum Anno regni Regis Henrici sexti post conquestum septimo coram Thoma Bernard Escaetore domini Regis in Com predicto virtute officii sui per sacrum Walteri Sherman Johis Culle Johis Sylettesson Willi of the Mere de Johis Irmonger Richi Bocher Roberti Coterstoke Ricardi Bryd Ricardi Irlond Johis of the Mere de Willi Hogeson Johis Burges & Ricardi Ingelond quod Ricardus Flemmyng Epus Lincoln usurpavit super dominum Regem acrochiando sibi & ecclesie sue quendam Shepcote cum clauso ibidem incluso de solo domini Regis in Campo de Uppyngham in Com Rotel in certo loco vocato le Breude infra Forestam dicti domini Regis de Beaumond Et quod dictus Shepcote cum dicto clauso incluso valet per annum ultra reprisas iiij d. sicut plenius continetur in Inquisicione predicta que est in baga de particulis compoti predicti nuper Escaetoris computantis de exitibus eiusdem escaetrie a decimo octavo die Novembris Anno sexto Regis nunc usque quartum diem Novembris tunc proximo sequentem **Compertum** est eciam in Rotulo de particulis compoti predicti qui est in baga predicta quod predictus nuper Escaetor respondit in compoto suo predicto de ob. de exitibus Shepcote & clausi predictorum videlicet a die Martis proximo post festum Omnium sanctorum accidentis secundo die Novembris dicto Anno septimo quo die primo constabat prefato nuper Escaetori de usurpacione & acrochiacione predictis usque supradictum quartum diem Novembris tunc proximo sequentem scilicet per duos dies iuxta ratam extente predicte per idem tempus Et remanet **Et modo** in Crastino clausi Pasche hoc termino predictus Epus venit hic per Johannem Denton Attornatum suum Et queritur se a possessione sua cuiusdam Shepcote & clausi inclusi in Lydyngton in Com Rotel colore Inquisicionis predicte minus rite amotum & expulsum fuisse et protestando quod materia in Inquisicione predicta specificata non est sufficiens in lege. Ad quam idem Epus per legem terre necesse habet respondere protestando eciam quod dictus locus vocatus le Breude in Inquisicione predicta specificatus non est nec unquam fuit infra dictam villam de Uppyngham pro placito dicit quod ipse ut in iure ecclesie sue beate Marie Lincoln tempore Inquisicionis predicte capte & antea seisitus fuit de manerio de Lydyngton cum pertinenciis in Com Rotel unde dicta domus vocata Shepcote in Lydyngton predicta cum quodam clauso eidem domui adiacente incluso in campis de Lydyngton in villa de Lydyngton in Com predicto sunt et tempore Inquisicionis predicte capte fuerunt parcella eiusdem manerii et quod ipse Epus & omnes predecessores sui Episcopi Lincoln a tempore cuius contrarii memoria hominum non existit ut in iure ecclesie sue predicte de manerio predicto ac domo & clauso predictis in predicta villa de Lydyngton ut parcella eiusdem manerii successive seisiti fuerunt quousque idem nunc Epus a possessione sua domus & clausi predictorum occasione & colore Inquisicionis predicte per prefatum nuper Escaetorem minus iuste amotus & expulsus fuit que quidem domus & clausum cuidam pasture vocate le Breude in Com predicto existentes sunt contigue adiacentes in qua quidem pastura idem nunc Epus habet de iure & omnes predecessores sui Episcopi loci predicti a tempore cuius contrarii memoria hominum non existit semper hactenus habuerunt communam pasturam pro omnimodis averiis & pecoribus suis quibuscumque per se & tenentibus suis eiusdem manerii super eodem manerio existentibus tanquam pertinentem ad manerium suum predictum quolibet tempore anni. absque hoc quod prefatus nunc Epus seu aliquis predecessor suorum usurpavit super dominum Regem nunc seu aliquem progenitorum suorum acrochiando sibi & ecclesie sue predicte aliquem Shepcote cum clauso incluso seu aliquam parcellam alicuius Shepcote sive clausi de solo domini Regis in campo de Uppyngham in Com Rotel in loco vocato le Breude prout per Inquisicionem predictam supponitur seu alibi. et absque hoc quod predicta domus vocata Shepcote sive dictum clausum inclusum aut aliqua parcella inde per prefatum Episcopum suppositum esse in Lydyngton est aut unquam fuit infra dictum campum de Uppyngham. et absque hoc quod habet seu unquam habebat aliquod tale Shepcote sive clausum inclusum in dicto campo de Uppyngham in dicto loco vocato le Breude prout per Inquisicionem predictam supponitur. Que omnia & singula prefatus Epus paratus est verificare prout curia consideraverit. unde petit iudicium et quod manus domini Regis de Shepcote & clauso predictis in Lydyngton amoveantur et quod ipse ad possessionem suam eorundem Shepcote & clausi unacum exitibus inde a tempore capcionis eorundem in manus domini Regis restituatur. et quod tam nunc Escaetor quam Escaetores quicumque a tempore capcionis eorundem in manus domini Regis quam alii quicumque erga dominum Regem heredes & successores suos exonerentur ac quieti fiant & exonerati pretextu premissorum **Ad quod** Johannes Vampage qui pro domino Rege sequitur in hac parte dicit pro eodem domino Rege quod predictus Ricardus Flemmyng Epus Lincoln usurpavit super dictum dominum Regem acrochiando sibi & ecclesie sue quendam Shepcote cum clauso ibidem incluso de solo domini Regis in campo de Uppyngham in dicto Com Rotel in dicto loco vocato le Breude infra dictam fforestam domini Regis de Beaumond prout per Inquisicionem predictam pro domino Rege supponitur Et hoc petit pro domino Rege quod inquiratur per patriam. Et predictus Ricardus Flemmyng Epus Lincoln dicit ut prius dixerat Et petit similiter Ideo fiat inde Inquisicio. Et preceptum est Vicecomiti Rotel quod venire faciat hic a die sancte Trinitatis in quindecim dies decem & octo &c de visu de Uppyngham quorum quilibet [illegible] per quos &c Et qui nulla affinitate &c ad recognoscendum &c Et idem dies datus est prefato Episcopo ad audiendum & faciendum quod &c Ad quem diem predictus Episcopus venit hic per dictum Attornatum suum Et Vicecomes retornavit breve cum panello de nominibus Juratorum Et ipsi non venerunt Ideo preceptum est Vicecomiti quod distringat ipsos Juratores per terras &c Ita &c a die sancti Johannis Baptiste in quindecim dies ad recognoscendum &c Et idem dies datus est prefato nunc Epo ad audiendum & faciendum quod &c Ad quem diem predictus nunc Epus venit per dictum Attornatum suum Et Vicecomes retornavit breve Et mandavit quod predicti Juratores districti sunt Et exitus &c Et ipsi non venerunt Ideo preceptum est Vicecomiti sicut alias quod distringat ipsos Juratores per terras &c Ita &c a die sancti Michis in quindecim dies hic vel interim coram Nicho Dixon uno Baronum de Scaccario domini Regis in patria si prius &c ad certos diem & locum quos &c Et dictum est prefato nunc Episcopo quod expectet diem suum coram prefato Barone ad diem & locum predictos si &c Et quod sit hic ad predictam quindenam sancti Michis ad audiendum iudicium suum &c Ad quem diem predictus nunc Episcopus venit per dictum Attornatum suum Et predictus Nichus Dixon retornavit tenorem Recordi & processus predictorum qui sunt in Regula brevium de Termino sancti Michis Anno nono Regis nunc in Rotel qui quidem tenor indorsatur sic. **Postea** die Mercurii vicesimo tercio die Augusti Anno regni Regis Henrici sexti octavo apud Lydyngton in Comitatu Rotel coram infrascripto Nicholao Dixon associato sibi Willo Derby clerico per formam Statuti &c venit infrascriptus Episcopus per Attornatum suum infracontentum. Et Juratores exacti similiter venerunt. Et super hoc facta proclamacione pro domino Rege prout moris est si quis Juratores predictos pro eodem domino Rege calumpniare seu informare vellet quod veniret & audiretur Et nullus ad hoc faciendum se optulit. Super quo processum est ad capcionem Jurate unde infra fit mencio per sacrum duodecim Juratorum prius impanellatorum & modo comparencium qui ad veritatem de infracontentis dicendam electi triati & iurati dicunt super sacrum suum quod predictus Episcopus ut in iure ecclesie sue beate Marie Lincoln tempore capcionis Inquisicionis unde infra fit mencio & antea seisitus fuit de infrascripto manerio de Lydyngton cum pertinenciis in Comitatu predicto unde domus infrascripta vocata Shepcote in Lydyngton predicta cum quodam clauso eidem domui adiacente incluso in campis de Lydyngton in villa de Lydyngton in Comitatu predicto sunt & tempore capcionis Inquisicionis predicte fuerunt parcella eiusdem manerii. Et quod idem Episcopus & omnes predecessores sui Episcopi Lincoln a tempore cuius contrarii memoria hominum non existit ut in iure ecclesie sue predicte de manerio predicto ac domo & clauso predictis in predicta villa de Lydyngton ut parcella eiusdem manerii successive seisiti fuerunt quousque idem nunc Episcopus a possessione sua domus & clausi predictorum occasione & colore Inquisicionis predicte per infrascriptum nuper Escaetorem minus iuste amotus & expulsus fuit que quidem domus & clausum cuidam pasture vocate le Breude in comitatu predicto existentes sunt contigue adiacentes in qua quidem pastura idem nunc Episcopus habet de iure & omnes predecessores sui Episcopi loci predicti a tempore cuius contrarii memoria hominum non existit semper hactenus habuerunt communam pasturam pro omnimodis averiis & pecoribus suis quibuscumque per se & tenentibus suis eiusdem manerii super eodem manerio existentibus tanquam pertinentem ad manerium suum predictum quolibet tempore anni. Et dicunt quod nec prefatus nunc Episcopus nec aliquis predecessorum suorum usurpavit super dominum Regem nunc nec aliquem progenitorum suorum acrochiando sibi vel ecclesie sue predicte aliquem Shepcote cum clauso incluso seu aliquam parcellam alicuius Shepcote sive clausi de solo domini Regis in campo de Uppyngham in comitatu predicto in loco vocato le Breude infra forestam de Beaumond unde infra fit mencio. Et dicunt quod nec predicta domus vocata Shepcote nec dictum clausum inclusum nec aliqua parcella inde per prefatum Episcopum suppositum esse in Lydyngton predicta est aut unquam fuit infra dictum campum de Uppyngham. Et dicunt eciam quod non habet nec unquam habebat aliquod tale Shepcote sive clausum inclusum in dicto campo de Uppyngham in dicto loco vocato le Breude prout idem Episcopus infra placitando allegavit Ideo &c. Et super hoc predictus nunc Episcopus petit iudicium suum &c **Et visis** premissis per Barones habitaque matura deliberacione inde inter eosdem Consideratum est quod tam nunc Escaetor quam omnes de cetero Escaetores domini Regis in dicto Comitatu Rotel quam omnes alii qui fuerunt separatim Escaetores Regis in Comitatu predicto ac alii quicumque de quibuscumque denariorum summis ab eis exactis de exitibus eorundem Shepcote & clausi a tempore capcionis Inquisicionis predicte erga Regem exonerentur & quieti existant pretextu premissorum. Nos autem tenorem Recordi & processus predictorum ad requisicionem venerabilis in Christo patris Willi nunc Episcopi Lincoln duximus exemplificandum In cuius rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste Johanne Ffray apud Westm' vicesimo octavo die Octobris Anno regni nostri vicesimo secundo. Per rotulum Memorandorum de Anno octavo Regis nunc Pasche Recorda rotulo secundo.

Cerff